

macht: 'quod videlicet castrum iuxta Scaldim, ubi idem amnis Scaldis Legiam flumen recipit, situm est', also genau dieselben Worte, welche Abt Otwin gegen die Blandinienser ins Gefecht führt¹. Eben aus demselben Grunde stritten beide Klöster darum, welches von beiden den Leib des Florbert, des ersten von S. Amand angeblich eingesetzten Genter Abts besässe, wie bei Johann von Thielrode, SS. XXV, 566, des weiteren zu lesen ist, während doch Florbert ohne Zweifel Blandigny angehört.

Otwinus abbas ex monasterio Sancti Petri² et procurator Gandavi castri Adalwino abbati Blandiniensis cœnobii salutem pacis concordiaeque custodiam.

Haec invenimus in volumine Landonis pœnitentis, qui vos primum adiit, dehinc nobis vestra talia detulit:

'Adalwinus abbas cum fratribus Blandiniensis coenobii in castro Gandavo siti causa fraternae compassionis impertit huic pœnitenti .XXX. missas cum .L. psalteriis, ut sublevationis gratiam habeat LXXX diebus, quam optant ipsi pœnitenti Landoni idem fratres Deo militantes in suprafato Gandavi castri monasterio, quod fundatum est et dicatum in honore Petri et Pauli'.

NOTA.

Laudanda devotio pœnitentis et predicanda karitas vestrae promissionis; quem nos quoque fecimus securum earundem promissionum. Sed discordiae vitulamina, quae iam crededamus radicitus, ut promisistis, excisa, haut modicum nos turbant brevi inscripta. Quibus ne videremur cedere et illata non purgare, falerata iacula verborum fugientes, quippe nil laudis egentes, his paucis et communibus respondemus. Advertite! Nos nescimus neque libris invenimus aliud castrum Gandavum nisi super Scald fluvium, ubi idem amnis Legiae coniungitur, situm. Aut ostendite aliud aut cedite responso et Blandinium fatemini inter Scald et Legiam situm; vel si reniti cupitis, haec duo flumina aliter cucurrisse dicetis, ut tempore sancti Amandi una civitas, id est castrum, utrumque concluderet locum. Haec de paucis, quamquam copia multa sufficiat nobis. Unde propter pacis, caritatis concordiaeque custodiam oramus, corrigite vestros, ut utantur his nominibus et verbis, quibus usi sunt retro diebus, et satis sint nobis antiqua, non necessaria sunt nova.

1) In dem Adventus S. Landoaldi sagt der Verfasser, ein Mönch von St. Bavo um 990: 'ad monasterium nostrum, quod rectissime vocatur Gandavi castri coenobium'. Die Rivalität zwischen St. Bavo und Blandigny tritt besonders stark in dem originalen Text der zweiten Translatio S. Bavonis hervor, welche ich oben S. 370, n. 1 erwähnte. 2) Das ist St. Bavo, welches Kloster auch den Aposteln Peter und Paul geweiht war und oft nur als S. Peterskloster bezeichnet wird.